Nicolaus <de Lyra> [Oth.]: Biblia latina. [Enth.:] Postilla / Nicolaus de Lyra [u.a.]
Nürnberg: Anton Koberger, 1485 Seite 603



s Habeo filiam virginem. Dicunt aliqui ꝙ non peccauit offerendo filiam suaz ad euitandū maius malū.s. peccatū contra naturam qd ipi ptendebāt ad iniuriam hospitum suoꝝ. Sed hoc nō est veꝝ: q2 nullus debet cōsentire i hoc qd est peccatū: maxime mortale de genere vt euitet i alio maius peccatū: prout declaratū fuit diffuse gen̄.xix. de loth q̄ in casu cō simili voluit tradere filias suas vgies.
t Et hic hō habet ɔcubinā.i. vxorem: que sic noiat a concubitu. et simil' modus loquendi habetur.ij. Reg.xvj. vbi achitophel dixit ad absalon: Ingredere ad cōcubinas patris tui que tn̄ erant vxores dauid. nō ei hēbat cō cubias ad exercēdū adulterium.
v Qua cū ꝛc. q̄a non erat eoꝝ vxor et iō talis concubitus erat abusus. vl' q2 vtebantur ea cō cubitu innaturali.
x Et ibi corruit. tū quia erat nimis afflicta: tuz et ex verecūdia.
y Qua cuz esset ingressus. Hic describitur facti diuulgatio cum dicitur.
z Arripuit gladium ꝛc. Erant em̄.xij. trib9 pter tribū leui. tribus autez manasse erat diuisa in duas ptes: quarum vna erat vltra iordanē alia citra. et sic ꝓ illa tribu fecit duas ptes: aliter nō fuisset notificatum factū sufficienter: ꝓ tribu vo beniamin non fecit aliquā ptem: quia nūcios p quos misisset occidissent. neq3 pro tribu leui: quia erat dispersa per omnes tribus: ꝛ ideo denūciato facto alijs tribubus sufficienter erat denunciatum tribui leui.
ꝛ Misit in omnes terminos israel.s. per nuncios qui factū et modū faciendi pplo explicabant. Cetera patent.

senex: et ait: Nolite fratres nolite facē malū hoc: quia ingressus ē hō hospiciū meuz ꝛ cessate ab hac stulticia [s] Habeo filiā virginē [t] ꝛ hic hō habet ɔcubinam: educaz eas ad vos vt hūilietis eas et vestrā libidinē ɔpleatis: tm̄ obsecro ne scel9 hoc ɔ naturā opemini in viruz Nolebāt acq̄escere sermonib9 illius. Qd cernēs hō eduxit ad eos cōcubinā suaz: et eis tradidit illudēdā [v] Qua cuz tota nocte abusi eēnt: dimiserūt eaz mane. At mulier recedētib9 tenebris venit ad ostiuz domus vbi manebat dn̄s su9: [x] ꝛ ibi corruit. Mane facto surrexit homo et aperuit ostium vt ceptā expleret viā: ꝛ ecce cōcubina e9 iacebat an̄ ostiū sparsis in limīe manibus: Cui ille putās eā quiescere loquebat: Surge vt ambulem9. Qua nihil rn̄dēte intelligēs ꝙ erat mortua: tulit eā ꝛ iposuit asino reuersusq3 ē in domū suam. [y] Qua cū eēt ingress9 [z] arripuit gladiū: et cadauer vxoris cū ossib9 suis in duodecim ptes ac frusta cōcidēs misit [ꝛ] i oēs termīos israel. Qd cū vidissent singuli cōclamabāt. Nūq̄ res talis facta ē in isrl' ex eo die quo ascēdert pr̄es nr̄i d egypto vsq3 in pn̄s tps: Ferte sentētiā: et i ɔmune decernite q̄d facto opus sit: Ca.xx.

Ca.xx.

a Egressi itaq3. Hic consequenter describitur peccantium vastatio: vbi primo facti veritas disquiritur Secundo iusticie equitas requiritur: ibi. Et miserūt. Tercio iniquitas defēditur: ibi. Qui noluert. Quarto iuste inuaditur: ibi. Virorum quoq3 israel. Circa pmū dicitur. Egressi itaq3 sunt omnes. Sequitur.

b De dan vsq3 bersabee. Hic exprimitur longitudo terre israel: quia ciuitas dan est in termino eius aquilonari: et bersabee in termino australi.
c Et terra galaad. in hoc exprimitur latitudo que incipit a terra galaad que est vltra iordanem. et protenditur vsq3 ad mare mediterraneum.
d Omnes q3 anguli populorum. hebrei dicunt: domini populorum.i. capitanei in tribub9 et in familijs.
e Et cūcte tribus israel. excepta tn̄ tribu beniamin.
f In ecclesiam.i. i cōgregationez. tūc em̄ non fuerunt congregati i sylo vbi erat dom9 dei. s3 i maspha.
g Interrogatusq3 leuita. q2 n̄ deb3 procedi ad punitionem tāti facti absq3 disq̄sitione diligēti.
h Respōdit veni i gabaa modo expresso precedenti capitulo.
i Volentes me occidere. nisi eis traderem vxorem meā s'm dictum iosephi. vel.
i Volētes me occidere: affligēdo me carnali concubitu et nephario. s'm dcm̄ aliorum.
k Nunq3 tantum nephas: et tam ꝛc. Piaculuz dicitur a pio pias quod significat purgare vn̄ dicitur piacu ū quasi factuz nullo modo absq3 purgatione pene transeunduz Sciendum tam̄ ꝙ leuita non solum factum retulit. sed etiam testibus ꝓbauit scilicet p seruuz quem habebat in comitiua. ꝛ p senem qui receperat eos hospitio et familiā eius aliter esset procedendum contra filios beniamin ad bellum ad dictum vnius hominis:
l Stansq3 omnis populus. ex admiratione facti.
m Quasi vnius ꝛc.i. concorditer et sine retractione et dilatione. Ideo subditur.
n Nō recedem9 in tabernacula ꝛc. Cetera patēt i lr̄a

Egressi itaq3 sunt oēs [a] filij isrl': et pariter congregati q̄i vir vnus [b] de dan vsq3 bersabee [c] ꝛ t̄ra galaad ad dn̄m i maspha: [d] omnes quoq3 anguli pplorū [e] et cūcte trib9 isrl' [f] i eccl'iaz ppl'i di ɔuenert q̄dragīta miliū pe ditū pugtoꝝ. Nec latuit filios beniamin ꝙ ascēdisset filij isrl' i maspha. [g] Interrogatusq3 leuita marit9 mulieris interfecte quō tātū scel9 ppetratū essz: [h] respōdit. Veni in gabaa beniamin cum vxore mea: illucq3 diuerti. Et ecce hoīes ciuitatis illi9 circūdedert nocte domū in q̄ manebā [i] volētes me occidere ꝛ vxorē meā icredibili furore libidinis vexātes: d niq3 mōtua ē. Quā arreptā in frusta cōcidi: misiq3 ptes i oēs t̄mīos possessiōis vr̄e q2 nūq̄ tātū nephas et tā grāde piaculū fcm̄ ē i israel Adestis oēs filij isrl': dcernite q̄d facē dbeatis. Stansq3 oīs ppl's [m] et quasi vni9 hois s'mōe rn̄dit: [n] Non recedem9 i tabnacl'a nr̄a: nec suaz q̄sq̄ itrabit domuz s3 hoc ɔ gabaa i cōe faciem9. Decez viri eligāt e cētū ex oib9 tribub9 isrl': et cētū de mille ꝛ et mille de decē milib9 vt cōportēt exercitui cibaria: et possim9 pugn̄re ɔ gabaa beniamī. et reddē ei ꝓ scelē qd meret. Cōueitq3 vniuersus israel ad ciuitatē q̄si hō vn9 eadē mente vnoq3 consilio